Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



442

In cōmū plūrīm martū. Lectio Sapientiae

Lingua sapientiae ornat scientiam: os autem eructat sapientiam. In omni loco oculi dei considerant bonos et malos. Lingua placabilis lignum vitae: quae autem immoderata est conteret spiritum: domus vitiosa plurima formidabit: et in fructibus impii conturbabitur labia sapientium disseminabunt scientiam: cor stultorum non sic. Vitia impiorum abhominabiles deo: vota iustorum placabilia. Qui sequitur iustitiam diligetur a domino. Sapientiae.

Holocausta animae immaculata sunt et non tangent illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: et estimata est afflictio exitus illorum. Et quod a nobis est iter exterminium illi autem sunt in pace: et si coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene disponentur. quoniam deus tentavit illos: et invenit illos dignos se. Tamquam aurum in fornace probavit illos: et quasi holocausta ho